

arg. Ang. flor. ubi de matr. qu. 12. de imped. ordinis, art. 3. dicitur. ul. dicentes desiderari urgentissimum boni communis causam. Quod idem a fortiori tenet *Catharin. n. 2. alleg.* quod in solemniter clericorum voto asserat. Et idem aperte tenent omnes DD. n. prae. allegati, omnes enim hujus dispensationis causam legitimam exprimentes adducunt exempla boni valde communis, ut pacis totius regni ejusdem ad fidem conversionis. Atque ratio ipsa id suadet. Quia dispensatio haec nequit fieri ab aliquo status religionis detrimento. At rationi valde dissonat spectari privati bonum postposito totius status religionis detrimento. 2. Quia alias frequenter dispensationes haec indulgentiae forent. Cum frequenter ipsius professi bonum privatum occurrat, ob quod concedenda dispensationis iusta causa existeret. Quod quam libenter religionis statum, quis non videret? 3. Quia frequentius religionis reatationibus vexarentur, spe obtinendae dispensationis ad statum religionis deserendum. Tandem probari potest ratione nu. 2. adducta, ad probandum idem de voto clericorum.

9. Insuper quidam ajunt integrum esse Pontifici dispensare, ut matr. monachi ad tempus daret, nempe, donec haberet prolem, & statim ad religionem rediret. In hanc partem videtur propendere *Jo. Andr. reg. adu. legitimi, de reg. jur. in 6. ubi refert* le questionem disputasse, atque remittit ad Pontificem questionem dissolvendam subditi si dispensaret, multos cenere validam fore dispensationem. Et tenent hanc partem *Prep. c. Sicut ex literis, n. 11. de spons. Bald. l. si ubi filius in fin. ff. de adop. & ibi Fulgof. Jafoa.* licet sub aliquo dubio *l. si arrogator, n. 5. ff. de apot. Loazes de matr. Regis Angl. dub. 2. in 2. fundam. partu. affirm. n. 14. Ant. Cucus l. 3. inflit. major. r. 1. n. 120. & l. 5. r. 12. n. 283. Borgolus de irreg. p. 3. r. 1. In quibus casibus non potest dispensari, n. 17. Brunorus in suo compend. lit. p. v. Papa dispensare cum monacho. Ceterum hoc longe a veritate alienum est. Et ita illud improbat *Abb. c. ex publico, n. 11. de convers. conjug. Tabien. verb. Dispensatio, q. 6. Quia perpetuum esse vinculum, est de matrimonii essentia. Item quia si ita dispenset, ut teneatur uxorem, manente matrimonio vinculo indissolubili, consentire, ut habita prole professus ad religionem redeat, est conditio matrimonii substantia contraria, (ut probavi l. 5. disp. 10. n. 6.) Ad hujusmodi conditiones jure naturali reddunt irritum matr. (ut probavi eodem l. 5. disp. 9. n. 4.) At potest Pontifex ita cum monacho dispensare ad matr. ut si habita prole uxore libera consentiat, vel causam divortii perpetuam dederit per fornicationem, teneatur ad religionem redire. Quia hoc non est contra matrimonii substantiam: cum quilibet conjugii proprio spontaneo voto possit se ad hoc obligare.**

10. Sed superest disputandum, an dispensatio Pontificia in voto solemniter professi abique causa concessa sit valida: ac proinde matr. illius professi sit firmum, ac liceat illi petere, & reddere. Quidam censent si femina, bona fide illi nubat, credens dispensationem legitimam, fore validum matr. ne principis auctoritate decipiatur, ac damnum sentiat. Sic docent *Innoc. c. cum ad monasterium, n. 2. de statu monach. & ibi Host. n. 31. Ant. n. 28. Jo. Andr. n. ult. Abb. n. 22. Angh. nu. 24. Sigism. conf. 50. nu. 48. Et ex Theologis Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. concl. 3. n. 40. Pelagius de planctu Eccles. l. 1. ar. 46. lit. G. Addunt omnes hi monachum illius illegitimae dispensationis concilium non posse petere, teneant tamen reddere. Verum doctrina haec mihi displicet, quatenus ait matr. illud fore legitimum ratione bonae fidei contentum. Quod bona fides a culpa eximat, non tamen reddat dispensationem validam. Et cum dispensatio haec sit in jure naturali dirimente matr. impedimento, erit irrita concessa abique causa: ac subinde matr. erit irritum. Potest tamen doctrina haec valde probabiliter suffineri, innitendo alii fundamentum, nimirum, quia valde probabilis est, impedimentum hoc jure solo humano dirimere, (ut ex multis retulimus l. praeced. disp. 26.) ac proinde five bona fide mala fide impetrata sit dispensatio Pontificia abique causa concessa, valida erit, ac proinde valebit matr. At hic cum quo sit dispensatum est, non poterit petere debitum, tenebitur tamen reddere (ut bene ajunt praedicti auctores.) Quia votum illud jure divino naturali impedit matr. & obligat eo contracto ad abstinendum a debiti petitione. Quare ea dispensatio in hoc voto fuit irrita. Et ideo lethalter contra hoc votum delinquit contrahens. At ubi jam contraxit, adest iustissima dispensandi causa cum hoc, vel cum eo, qui simili ianqua dispensatione auctus, post ordinem facrum contraxit, ut petat debitum propter praesentaneum incontinentiam periculum. Quam dispensationem solus Papa concedet. Quamvis disp. 13. ob consuetudinem dicemus posse Episcopum in voto simpliciter castitatis: quae tamen non est in his solemnibus. At si urgetur periculum in mora adendum Pontifici, credo quoque posse Episcopum: ob ea, quae dicemus dilu. seq. num. 22.*

11. Tandem merito dubitari potest, an professus hic cum quo dispensatum est ad nuptias, teneatur ad officium divinum recitandum *Navar. c. Quando lat. c. 7. n. 20. affirmat eum non teneri ad officium divinum, si concederetur sibi facultas ducendae uxoris, ita ut desineret esse religiosus. Quia per solam talem facultatem non desinit esse. At *Manuel 1. sum. in 2. edit. c. 141. n. 14* asserit eum teneri ad horas antequam ad nuptias transeat: secus ubi jam tranfit. Ducitur, quod ante eum tranfitum non desinit esse religiosus: cum nondum statum incompletibilem assumpserit, per quem status religiosus destruitur. Et huius signum est, quia si maritum proposito, nollet uti dispensatione, mane-*

ret utique religiosus abique novo alio actu, nec illi permitteretur in saeculo diu permanere conjugium dissolvens. Ergo strictus erat donec ad nuptias transeat. Verum existimo ab eo tempore, quo hic habitum monachalem exiit, induens vestes saeculares, ut dispensatione utens, matr. inear, cum liberari a recitandi obligatione: sicut & a ceteris monasticis vitae oneribus. Quia cum jam sit iuste extra monasterium, ac monasticam vitam, ab ejus oneribus eximitur. Sicut & de ejecto a religione fatentur DD. Nec est verum ait *Navar.* per eam dispensationem non desineret hunc esse religiosum. Nam contrarium dicemus n. seq. in solut. ad 1. Quia per dispensationem extinguuntur essentia status religionis in his 3. votis consistens. Nec hic cogitur ad religionem redire, quasi per dispensationem non fuerit vere absolutus a votis, & consequenter a religioso statu. Sed quia cessat omnino dispensationis cautela. Et dispensatio tacitam habet conditionalem, ut daret, quamdiu causa duraverit (ut dicemus disp. 30. n. 14.) Quare hinc infero, Sacerdotem cum quo dispensatum est, ut matr. inear, teneri ad officium divinum, dum habitum non mutat ad utendum dispensatione: ne: quod nondum a statu sacerdotii recesserit, & potest interim celebrare, ac beneficii fructibus frui, ac ceteris clericorum privilegiis. Secus autem ubi clericatum dederit, habitum saecularem induens, ut utens dispensatione ad nuptias transeat. Quod jam translatus sit ad statum saecularem, solo indelebili caractere manente: nec gaudeat privilegiis clericorum. Quare similiter debent manere ab oneribus exemptus sacerdotio annexis. Nec est simile de degradato, quem omnes fatentur clericibus privilegiis destitutum, & tamen ad pensum horarium alitringi. Quia hic ob suam culpam privilegia amittit, & ideo nec ex ea commodum reportet, teneatur ad onera.

Ad arg. nu. 6. proposita resp. Ad 1. desumptum ex *c. cum 12 ad monasterium*, respondet *Innoc. ibi n. 4. Host. n. 31. Card. n. ult. Durand. & Pelag. relati n. 7.* conluto textum dicere, non posse Papam dare licentiam, & non loqui de dispensatione, quasi intelligat non posse ad libitum, & abique causa iusta. Sed merito hanc solutionem improbat *ibi Abb. in fine.* Quia licentia, cum a verbo liceat derivetur, importat facultatem rationi consentaneam. Ut cum *Bart. l. alio, n. 8. ff. de alim. cibis. legar.* & multis aliis citatis tradunt *Menoch. de arb. l. 1. q. 8. n. 45. Alex. de Novo c. 1. n. 110. de consi. Ideo respondet ibi Abbas intelligi textum, non ex facili causa Pontificem dispensare posse, vel non posse non commutando in aliquid bonum magis Deo acceptum. Sed neque hoc solutio mihi placet. Quare legitima solutio est, non posse dispensare ut monachus quamdiu manet monachus, ducat uxorem. Quod id sit contra monasticam vitam estentiam. At potest dispensare, efficiendo de monacho non monachum, eo modo, quem explicavi n. 7. in r. ratione. Et ideo hanc solutionem tradunt *Bart. Socinus, Ricard. Durand. Palud. Cajet. Palacios, Azor. Valentia eo n. 7. allegati.* Vel 2. ego resp. ubi a Pontifice redargui Abbatem monasterii, quod sibi integrum esse existimaret dispensare cum monacho ad proprietatem retinendam. Atque usus est Pontifex exaggerationem quadam hyperbolicam, involvens arg. ductum quasi a majori ad minus: ac si dicit, vix mihi potestas est dispensandi, atque de ea magnopere controvertitur. Quare ergo ratione eam tibi usurpas? Ad 2. confiat ex dictis n. 7. ubi ostendimus monachum non fieri talem per spirituale benedictionem: & posse Pontificem efficere de monacho non monachum: & posse fieri ex calice consecrato non consecratum, destruendo formam; manente tamen materia. Ad confir. negandum est, si univertaliter accipiatur illud antecedens. Quippe solam est verum, ubi caractere indelebili imprimitur, ut in Sacerdotio, Christianismo. At religiosus non coarctatur talis per characterem. Ad 3. negatur antecedens, quando urget necessitas, (ut n. 7. probavi.) Et illud Leviticus tuit caeremoniale, quod morte Christi extinguitur. Ad 4. confiat ex dictis n. 7. ubi eum locum explicuimus, probantes majus bonum dari posse. Ad 5. confiat ex dictis cod. n. 7. ubi ostendimus gratia communis boni posse rem traditam auferri. Ad 6. die posse Pontificem dispensare in jure naturali pendente ab obligatione, quam homo propria sibi voluntate imposuit, ut diximus disp. 6. n. 2. Ad 7. neganda est sequela. Quia per professionem dissolutum est prius matr. & ita potest obtenta voti dispensatione, quaecumque ducere. Quod prior desierit omnino esse uxor. Sicut eo eandem rationem id ei liceret, si naturaliter moriens resurgeret priori uxore adhuc superflua. Ad 8. neganda est similitudo. Quippe confiat jure divino nulla ratio potest matrimonii consummationi dissolvi: ob significationem indissolubilis uniois Verbi divini cum natura humana (ut diximus lib. 2. disp. 13. n. 2. & 7.) nec post in uxorum pluralitate dispensare, ob peculiararem rationem (ut diximus lib. praeced. disp. 80. nu. 9.) At in hac dispensatione non reperitur specialis prohibitio. Ad nonum die majorem non semper esse veram. Quippe calix consecratus in extremo sitis percuso deservire potest, (ut n. 7. probavimus.) Praeterea per se intelligi, dum res illa sacra manet. Nam calices tempore famis saepe confringuntur, ac desunt esse sacri, atque in pauperum usus convertuntur. At religiosus per hanc dispensationem definit esse talis. Ad confir. die eam mortem esse metaphoriceam, & ita posse usibus humanis deservire. Ad ultimum die cum *Cajet. 2. 2. q. 88. art. 11. vers. Verum quia hoc non sejunio in fin. id contingit, quia non expediebat initio nalcens Ecclesiae religionem Christianam propagari, rela-**

relaxatis iis; quae ad eam rem valde pertinent, & tam apparenti ejusdem respectu.

DISPUTATIO IX.

An in votis absolutis castitatis & religionis, non nubendi, quae matr. impediunt, possit aliquando Episcopus dispensare?

SUMMARIUM.

An jure referentur aliqua vota, & incidat in excommunicationem dispensans in illis. Explicatur Extravag. Et si dominici, de panis. & remiss. n. 1.

An sub concessione generali aut aliquo reservato excepto claudantur vota religionis, & castitatis, & reservata, 2.

An secula reservatio possit Episcopus dispensare omnibus, 3.

Quid si emittatur a personis alicui subiectis, an possit Episcopus dispensare, 4.

An haec dispensandi reservatio sit odiosa ac restringenda, 5.

An possit Episcopus dispensare in voto castitatis temporalis, 6.

Quid de voto castitatis conjugalis, 7.

Quid de voto petendi debiti: aut si uterque conjugum mutuo consensu convisset, nec petere, nec reddere, nec fornicari, 8.

Quid de voto virginitalis servandae, 9.

Quid de voto inveniendi maritum. Refertur opinio, 10.

Proponitur sententia Auditorii, 11.

Quid si id votum esset factum in favore tertii: & an ille possit id votum surrumpentem remittere, 12.

Quid de voto assumendi ordinis sacri, 13.

Quid, ubi votum est dispensatum assumendi ordinis sacri, aut religionis, castitatisque: etiamsi votens hac ultima elegerit, 14.

Quid de voto assumendi habitum beatarum, 15.

Quid de voto ingrediendi ordinem militarium, 16.

Quid de voto religionis strictioris ad ingrediendum laxiorem, 17.

Quid de voto perseverandi, ut possit votens tempore novitatus egredi, 18.

Quid circa differendum ingressum religionis ultra tempus signatum, 19.

Quid de iis, in quae Pontifex haec vota reservata commutavit, 20.

An si is, cui haec vota commutata sunt, non implevit commutationem, aut non habuit animum implendi, teneatur ad priora vota & religiosus est: ad votum ante professionem emissum, & si ex votum commutatum, possit propria auctoritate ad votum redire, 21.

An in casu gratiae necessitatis possit Episcopus dispensare in voto religionis aut castitatis perpetuae, & quis sit ille casus, 22.

Et quid de ceteris votis reservatis, 23.

An possit cum juvenibus ex animi perturbatione voventibus castitatem. Et explicatur c. voventes, qui cler. vel vot. 24.

An liceat Episcopo urgente necessitate dispensare in his votis, si adiri possit numerus, vel alius potens dispensare, 25.

An haec dispensatio Episcopi efficiat ne postea fornicatio sit sacrilegia: aut eo matrimonio soluto liceat aliud inire, 26.

An possit aliquando parochi dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi: aut in sejunio, aut in sefisi, 27.

An peccet dispensans absolute in voto non admittens commutationem aliquam, 28.

1. Remittendum est, attento jure solum reservari Pontifici dispensationem, ad commutationem voti eundi in substitutum expeditionis Jerolomitanae. Ut constat ex cap. Ex multa de voto. At ex consuetudine reservatur votum religionis & castitatis, cum aliis tribus, de quibus nil ad praesens. Haec autem consuetudo colligitur ex omnibus privilegiis concessis in bulla, vel jubileis circa vota, servat enim excipiuntur vota castitatis & religionis. Et ex Extravag. Et si dominici de panis. & remiss. Ubi Sixtus IV. excommunicat dispensantes in his quinque votis, aut ea commutantes virtute facultatum a se concessarum, ubi non reservat haec vota, sed supponit ea reservata. Quippe ea reservatio non esset generalis, sed limitata ad facultates a se concessas. Quare eam excommunicationem non incurrent, qui virtute aliorum privilegiorum, aut facultatum dispensarent. Ut bene docent *Angelus verb. Excomm. 5. cal. 31. Silv. verb. Excomm. 7. excomm. 32. n. 77. Navar. sum. c. 12. n. 75. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 49. initio.*

2. Et tantum vim habet reservatio haec quoad vota castitatis, & religionis, ut nunquam censentur concessa, nisi exprimantur. Quod ab ipso nalcens Ecclesiae exordio referentur. Sic *Sotus lib. 7. de just. q. 4. ar. 3. in fine corp. Enriqui lib. 7. de indulg. c. 30. n. 6. comment. lit. A. Manuel 2. sum. c. 97. n. 1. concl. 1.* Qui bene addit fecus de voto Jerolomitanae peregrinationis esse: comprehendere enim in facultate generali circa vota. Atque idem dicendum de aliis reservatis. Quod nec tanti momenti coram reservatio sit, nec tanto rigore accipiatur. Imo nec in facultate generali ad omnia vota, excipiendo quoddam reservatum, ut Jerolomitana, includerentur vota castitatis & religionis. Quin potius exceptio minoris voti testimonium esset exceptionis majorum. Ut bene tradit *Sotus ibid.*

3. Hoc supposito I. conclusio fit. Seclusa reservatione intentione Sanchez de Matrion. Tom. III.

grum esset Episcopis dispensare in suis diocesis in omnibus votis: sicut Pontifici in toto orbe. At ratione reservationis nequit dispensare in absolutis castitatis religionive votis. Constat, quia sunt Ordinarii in suis diocesis, & possunt omnia illa circa dispensationes, quae Pontifex in toto orbe: nisi referentur (ut probavi l. 1. disp. 61. nu. 3.) Et ideo hanc conclusionem docet *Sotus lib. 7. de just. q. 4. ar. 3. col. 4. vers. Qui sunt autem, ab omnibus receptus.*

Temperat hoc *Guttier. qu. canon. l. 2. cap. 22. n. 49.* nisi vota 4 religionis aut castitatis perpetuae emissa sint a personis alicuius potestati subiectis, ut a conjugata, servo, vel filio, si ne licentia viri, domini, vel patris, tunc enim ait posse Episcopum in eis dispensare. Ducitur, quoniam viri, domini, & pater possunt haec vota irritare. Ergo a fortiori potest Episc. in eis dispensare. Sed hoc nullatenus approbo. Quia quicquid sit de potestate irritandi haec vota, non inde arguitur potestas Episc. ad dispensandum. Quia dum Pontifex haec sibi vota reservat quoad solum dispensandi potestatem id facit, nulla habita ratione derogandi potestati dominarum, ex qua facultas irritandi haec vota conferret. An vero in voto illo castitatis conjugatae possit ob aliam rationem dispensare Episcopus, dicemus disp. 11. per totam.

Hinc deducitur I. dispensationis hujus reservationem esse restringendam. Quod juri Episcoporum deroget, & ideo odiosa sit. Quod fatentur omnes DD. pro corollariis seq. referent. Quae omnia huic doctrinae innuntur.

Secundo deducitur posse Episcopum dispensare in voto castitatis temporalis, ut ad annum aliusve tempus limitatum emisso. Quod hoc non simpliciter votum castitatis sit: hoc enim perpetuatum importat. Hoc satis indicat *D. Th. 1. 2. q. 88. art. 11. ad 2. & tenent Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. nu. 43. Am. 2. 1. 11. cap. 2. §. 9. Angelus verb. Votum 4. n. 9. Silvest. verb. Votum 4. q. 3. dist. 6. Arnulph. v. Dispensare, nu. 18. Navar. sum. cap. 12. n. 76. Jo. l. 7. de just. q. 4. ar. 3. col. 5. Ex his fit conseq. & 4. d. 38. qu. 2. ar. 1. col. 4. inf. 1. concl. ubi Palacios disp. 3. col. 37. fol. 880. Ovand. ubi qu. un. propos. 7. fin. Margarita confess. quest. moralib. fol. 127. Angles floribus 2. par. ubi de voto qu. un. ar. 8. dist. 9. Toledo l. 4. sum. cap. 18. num. 11. Guttier. qu. canon. l. 2. cap. 22. n. 48. Arrog. 2. 2. qu. 88. art. 12. paulo ante solut. ad 1. Enriq. lib. 7. de indulg. cap. 30. n. 6. Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 6. pun. 7. colum. 10. vers. Ex quo sequitur. Enm. 3a sum. v. Votum, ubi de voti irritat. n. 11. Azor lib. 12. inflit. mor. cap. 19. qu. 6. Manuel 2. tom. sum. cap. 96. n. 5. & in exposit. Cruciate, §. 9. num. 120. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 34. Ant. Gou. in exposit. Cruciate claus. 10. num. 109. Lud. Lopez 1. par. inflit. cap. 49. vers. Licet Episc. & 2. par. ubi de clavibus cap. 9. col. 10. vers. Adde quod Graffius 1. p. decis. l. 2. c. 31. n. 29. Vivald. cand. Sacram. 3. p. c. 14. n. 54.*

Tertio deducitur posse quoque in voto castitatis conjugalis 7 servandae Episcopum dispensare. Quod deficiat a voto castitatis absoluto. Hoc enim omnimodum continentiam claudit, ac non copulari matr. At illud solos actus venereos illi ceticos comprehendit. Sic *Enriq. l. 7. de indulg. c. 30. n. 6.*

Quarto deducitur posse quoque in voto, quo alter conjugatus abique licentia ad non petendum debitum se alitringit. Quod non fit votum integrum castitatis, sed partis. Sic *Silvest. verb. votum 5. quest. 2. num. 5. Palacios 4. d. 32. disp. 2. cap. 8. vers. Ego vero, Sumanica qu. 3. de voto num. 50. Azor l. 11. inflit. mor. cap. 19. quest. 6. Manuel 2. to. sum. cap. 90. num. 3. Bart. a Ledesma de matr. dub. 31. fine Enm. 3a sum. verb. votum, ubi de voti irratione: num. 11. fine. Atque ob eandem rationem idem dicendum est, si ex licentia alterius emittum esset. Ut bene *Palacios tradit ead. disp. 2. col. 8. vers. Quod si votum.* Et idem dic, quatenus uterque ex licentia alterius votum non petendi emittit. Quia adhuc non est votum castitatis. Cum neuter se obligat ad non reddendum, & non fornicandum, & ad non nubendum dissoluto eo matr. Sic videtur expresse tenere *Manuel cod. c. 90. num. 3.* Et tandem idem est dicendum, licet uterque communi consensu voveret nec petere, nec reddere, nec fornicari. Quia adhuc non est omnimoda castitas. Cum uterque libertatem transeundi ad alias nuptias habeat. Quando autem est votum omnimode castitatis, dicemus disp. 11.*

Quinto deducitur, non posse Episcopum dispensare in voto virginitalis servandae, nisi expresse vovens nolent ad castitatem se obligare, sed tantum ad corporis integritatem servandam consistentem in abstinentia a primo luxuriae actu, per quem virginitas deperditur. Et ratio est, quia quando haec expressa intentio non reperitur, est votum absolute castitatis: fecus ubi ea adest (ut probavi lib. seq. disp. 33. n. 7.) Sic *Azor lib. 11. inflit. moral. cap. 19. q. 14.*

Sexto deducitur, quod dicendum sit de voto non inveniendi maritum. Quibusdam placet non posse Episcopum in eo dispensare. Ducuntur, quod cum votum proprie sumptum sit de solo supererogationis bono, praecipuum in voto castitatis contentum est continentia vel consilium Evangelicum cadens. Qualis est a nuptiis abstinere. Quippe reliquum continentiae est de jure naturali divino. Et confirm. quia in tantum potest Pontifex in eo voto dispensare: at tantum potest dispensare, ut liceat voventi ad nuptias migrare. Sic tenent *Cajet. in disp. to. 2. tract. 1. de voto non nubendi, quest. 1. Navar. sum. Hsp. cap. 12. num. 76. Angles florib. 2. p. ubi de voto q. un. ar. 2. dist. 11.*

Valentia 4. par. ubi de matrim. disp. 10. q. 5. punct. 5. concl. 4.
 11. At multo probabilis est, posse Episcopum. Quod id votum non sit castitatis: nam hoc voto abstinendi a fornicando: secus autem de eo, qui solus abstinendi a matrimonium votum emisit. Et confirm. quia votum castitatis trinitio votum emisit. Et confirm. quia votum castitatis obligat etiam ad aliquod supererogationis, & consilii, ultra abstinendum a nuptiis. Si quis enim ligatus castitatis voto uxorem ducat, tenetur non petere. Quod in eo voto secluso esset opus consilii. Ad hoc autem minime obligat votum non nubendi. Tandem, quia votum proprie sumptum quoad eius essentiam, est etiam de operibus precepti: atque in eo voto dispensari potest, non quoad precepti obligationem, sed quoad vinculum voti superadditum. Et ex his patet solutio ad rationes contrarias. Sic docent *D. Antonin. 2. p. r. 2. cap. 11. §. 1. Rosella, v. Impedimentum, imped. 4. n. 13. Angelus verb. Votum 4. n. 9. Sylv. verb. Votum 4. qu. 4. Armilla verb. Dispensare nu. 18. Nav. sum. lat. cap. 12. nu. 76. & cap. 22. n. 85. Sotus 4. d. 38. q. 2. art. 1. col. 5. vers. Atqui super voto. Et ibi Palacios disp. 1. col. 74. vers. Porro ut res hanc, fol. 844. & ibi Opand. quest. un. propo 7. Pedraca sum. precepto 6. §. 10. Stunica qu. 4. de voto, p. 22. Barib. a Ladejm. de matrim. dub. 32. §. Guttier. quest. canon. 12. cap. 22. num. 49. Aragon. 2. 2. quest. 88. art. 12. paulo ante solut. ad 1. & art. 3. col. 18. vers. Sed dubitabit aliqui, Enrig. lib. 7. col. 10. vers. Ex quo sequitur, Azor. l. 11. inf. mor. cap. 19. quest. 5. Manuel 2. tom. sum. cap. 96. num. 5. & n. 2. in bulla Cruciate, §. 9. num. 121. Lud. Lop. 1. par. instr. cap. 49. col. 2. vers. Licet Episcopus; & 2. par. ubi de matrim. cap. 48. col. 4. vers. Præterea de voto: & ubi de clavibus cap. 9. colum. 10. vers. Ad quod Graviss. 1. par. dec. lib. 2. cap. 31. num. 29. & 31. Vivald. candell. sacram. 3. par. cap. 14. num. 42.*

12. Hoc tamen temperandum est, quando est merum votum, vel merum iuramentum factum Deo. Si enim in favore tertii id petentis, ejus est votum, emissum sit, non possit Episc. dispensare. Ut sic conjux a conjuge petat, ut sub iuramento vel voto se obliget ad abstinendum ab alio mat. tunc cum conjugis illius interfert proflerum bonum, & ut ejus ampe, nomen, honor, amicitia cum ejus consanguineis conserventur, non poterit Episcopus dispensare, propter jus tertio acquiritum. Sic autem communitur DD. non posse dispensare in voto in favore tertii facti, & ab illo acceptato. At si ille remittat jus sibi acquisitum, poterit Episc. Quod non sit votum castitatis, ac cesset prejudicium tertii. Quod si petas, an possit ille tertius remittere totam hanc abstinendi ab alio mat. obligationem? Sic distinguit, si non tantum in ejus favore emittitur sit id votum, vel iuramentum, sed in utilitatem religionis, ad id offerendum Deo non potest, secus si tantum ejus intentio. Atque in dubio in hoc casu existimo propter subjunctam materiam, id iuramentum, aut votum factum esse in alterius conjugis favorem, quamvis ubi alterius nihil interest, censetur in dubio factum in honorem Dei. Ut bene tradit Sotus loquens de juramentis, 19. de iustit. qu. 1. art. 9. ad 2.

13. Septimo deducitur, posse Episcopum dispensare in voto assumendi ordinis sacri. Quod id non sit castitatis, sed assumendi status cui castitas annexa est. Et ita hic votens non esset sacrilegus, fornicando: & si matr. iniret, peccaret contra votum, ac posset petere. Quæ secus se habent in castitatis voto. Nec obstat sent. *D. Th. 2. q. 4. ar. 7. corp. dicentis solius Papæ esse dispensare in votis perpetuis. Nam (ut bene docent Sylv. Votum 4. q. 3. disto 6. Armilla verb. Dispensare nu. 18. Cajet. 2. 2. q. 88. art. 12. Sotus 1. 7. de iust. q. 4. ar. 3. §. 1.) nomine votorum perpetuorum intelligi vota religionis, & castitatis quæ suapte natura sunt perpetua. Et ideo hoc tenent *Gambar. de auctoritate legati l. 10. n. 404. Beja in suis respon. casu 28. Enr. l. 7. de indulg. cap. 30. n. 6. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. c. 3. vers. Et quæ ad primam. Azor. l. 11. inf. mor. c. 19. qu. 9. Emm. Sa sum. verb. Votum in princ. 30. Manuel 2. tom. sum. c. 96. fin. & in bulla Cruciate §. 9. n. 122. Arag. 2. 2. q. 88. a. 12. in fine solut. ad 1. Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de clavibus c. 9. col. pen. Graviss. 1. p. dec. l. 2. c. 28. n. 3. Vivald. cand. Sacram. 3. p. c. 14. n. 43. Vega 2. tom. sum. c. 126. casu 34.**

14. Octavo deducitur in voto disjunctivo, ejus altera pars est reservata, altera autem non, posse Episcopum dispensare. Ut si quis disjunctive voveat castitatem, vel religionem, vel assumptionem Ordinis sacri. Quia huic integrum est, illam partem non reservatam, in qua potest Episc. dispensare, eligere quippe in alternativis electio est debentis, & sufficit alterum impleri: reg. in alternativis, de reg. juris, in 6. Quod si votens hic apud se statuat ad ordines non promovendi, eligens reliquam voti partem ad quam se astinxerat, non poterit jam Episc. dispensare. Quia ex vi voti tenetur jam ad castitatem vel religionem quæ reservata sunt. Et sicut in alternativis debitor hominis ubi semel eligit partem alteram, si creditor totum faciens, resiliere nequit, Quod enim semel placuit, amplius displicere non potest, reg. Quod semel, de reg. juris in 6. Ita cum Deus corda norit ubi semel vovens elegit partem illam reservatam, manet voti restrictus ad illam. Et ideo sic tenet *Azor lib. 11. inf. mor. c. 19. qu. 10.*

15. Nono inferitur, posse Episcopum dispensare cum muliere astricta voto assumendi habitus feminarum, quas vulgo Beatas vocant. Quod si status non sit religionis. Sic *Enrig. 1. 7. de indulg. c. 30. n. 6. Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. paulo ante solut. ad 1. Vi-*

vold. cand. Sac. 3. p. cap. 14. n. 44. Manuel 2. tom. sum. cap. 96. n. 5.
 Decimo inferitur, non posse Episcopum dispensare in voto ingrediendi religionem ordinis militaris D. Joannis. Quod is ordo vera religio fit, in qua tria vota solemnia emittuntur. Sic *Manuel in bulla Cruciate §. 9. nu. 123. Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de clavibus, p. 9. ad fi. Qui idem ait de voto religionis ceterorum ordinum militarium. Sed id non credo. Quia ceteri ordines militares juxta veritatem sent. non sunt proprie religiones. Et ideo id votum a perfecta religionis natura deficiens non reservatur Pontifici.*

Undecimo inferitur, quid dicendum de voto strictius restrictio- nis, *Natur. comment. 4. de regular. num. 20. fine*, ait Pontifici reservari ingressum hujus in aliam religionem laxiorem, aut æqualem. Quia voti religionis dispensatio & commutatio Pontifici reservatur. At in hoc eventu, si est in æqualem, commutatur: si vero in laxiorem, admittitur dispensatio commutatio. Ceterum multo probabilius est, posse Episcopum dispensare, ut hic votens ingrediatur laxiorem. Quod tunc non dispensetur in substantia religionis: manet enim hic obligatus ad illam, sed tantum in eo excessu vinco ad alteram. Quod nulli reservatur. Sic tenent *Polud. 4. d. 38. q. 4. pr. 4. n. 43. D. Antonin. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. notab. 5. vers. Hoc autem videtur, Sylv. verb. Votum 4. q. 3. disto 6. Sotus 1. 7. de iust. q. 4. ar. 3. col. 5. vers. Sequitur subinde Menochius de arbit. l. 2. centur. 5. casu 421. n. 16. Palacios 4. d. 28. disp. 3. col. 37. vers. Scito tamen f. 880. Angles florib. 2. p. ubi de voto q. unic. ar. 8. post 4. disp. dub. 2. & disp. 9. concl. 5. Emm. Sa sum. ubi de votum irritat. n. 11. Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. paulo ante solut. ad 1. Azor. l. 11. inf. mor. c. 18. qu. 8. Manuel 2. tom. sum. c. 96. num. 5. Lud. Lop. 2. par. instr. ubi de clavibus c. 9. ad fin.*

Duodecimo inferitur, si quis promittit non tantum religio- nem, sed perseverantiam in illa, licet Pontifici reservetur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseverantiam: & ita possit hic tempore novitatus exire, si expertus religionis austeritates, justis ducatur ad non perseverandum causis. Quia votum perseverandi est virtute diversum a voto religionis. Hoc enim obligat ad ingressum, & perseverandum, nisi vovens iusta causa exeat, ut quod nequeat religionis austeritates ferre. Illud vero obligat in omni evento ad perseverantiam. Nec tunc in voto religionis dispensatur, sed in qualitate adjuncta, quæ nulli reservatur. Et ita sustinet *Hof. sum. 1. de voto, n. 16. fine*. Nec refert: an hic ingressus jam sit religionem, vel ab illa exierit. Potest enim Episc. dispensare ante ingressum, ne ingrediatur: id enim esset dispensare in voto religionis, sed ne tenetur ad perseverandum, si iusta dispensandi causa addit. Et similiter post exitum, si iusta causa ductus exiit, potest dispensare, ne tenetur iterum ingredi: Quia jam ille satisfecit votum religionis, & sic eo solo iugis esset, non tenetur ad iterum ingrediendum. Ad hoc autem ex solo perseverantia voto astringitur, in quo Episc. potest dispensare. Si vero abique iusta causa exierit, nequit Episc. dispensare, ne iterum ingrediatur. Quia nondum is satisfecit voto religionis, & ideo esset dispensare in illo. Nec refert ad prædictam Episc. facultatem circa hoc votum five id votum sit factum per modum plurium, ut voveat religionem, & perseverantiam in illa, five per modum unius, ut voveo me in religione perseveraturum. Quia etiam in hoc posteriori vovendi modo clauditur virtute duplex votum.

Decimotertio deducitur, posse Episcopum dispensare in 18 differenda voti religionis executione: ne, scilicet, intra tempus in voto præfixum impleatur. Ut si quis promittit ab hinc uno anno se ingressurum, potest dispensare Episcopus ut ex iusta causa differat: dummodo non adeo differatur ut sit periculum in eum statum incidendi, ut fiat impotens ad votum implendum. Quia hæc dispensatio non est in substantia voti religionis, sed in qualitate.

Decimoquarto inferitur, quid dicendum sit, quando votum ca. 20 stitatis & religionis commutatur a Pontifici in materiam non reservatam, [ut solent] in confessiones mentis: an possit Episcopus dispensare in ea materia, vel eam in aliam commutare? Quidam viri nostræ ætatis negant: Et in hanc partem inclinat *Azor. l. 21. inf. mor. cap. 18. q. 11. dicens* dubium sibi esse contrariam sent. Et tenent *Gloss. cap. 1. verb. visum, de sortilegiis Archid. e. Latorem, sine 33. q. 2. & ibi Bellavera in fine. Idem Archid. c. 2. n. 2. d. 15. & valde favet *Glossa e. Latorem, sine*, ubi deducens ex eo textu argumentum ad probandum, posse Episcopum minuire pœnitentiam a Papa injunctam: quia ibi minuit. Respondet id factum, quia in casu ejus textus Pontifex commisit. Ducuntur, quod subrogatum sapiat naturam, ac vim fortiori ejus rei cuius loco subrogatur, *Lun. C. de veteris auct. quod habet verum*, quamvis subrogatum sit alterius naturæ, quod habet id in cuius locum subrogatur. Ut bene probat *Ferrard. loco a vi subrogat. n. 2. Secundo*, quia licet illa materia non sit ex reservata, est tamen ex accidenti ratione prioris materie reservate voti, in cuius locum sufficit ea. Quamvis enim prius votum per se non duret, at perseverat quasi in virtute, in illa materia, in quam commutatur. Quippe idem profus voti vinculum manet translata de una materia in aliam. Tandem quia eo ipso quod votum est auctoritate Pontificis translaturum in aliam materiam, materia illa est onus iusti Pontifici suscipiendum. At nemo potest superioris legem, penam, sententiamve immutare, *l. Minor magistratus, ff. de arbitris*. At probabilis est posse Episcopum in ea dispensare, eamve commutare. Quia votum illud*

illud non est per se reservatum, sed ratione solius materie reservate. Cessat ergo reservatio, sublata obligatione circa illam materiam, & translata in aliam non reservatam. Sicut peccata ratione excommunicationis reservata Pontifici, per solam excommunicationis ablationem desunt esse reservata. Nec reservatio, quæ odiosa est, extendi debet de una materia in aliam. Nec obstat prima ratio in contrarium adducta: quia subrogatum sapere naturam ejus, cui subrogatur, procedit ex sola favorabili & lata interpretatione, quæ in odiosis non habet locum: quale est reservatio. Vel melius loquendo habet quoad naturam primævam ejus rei cui subrogatur: non autem quoad naturam accidentalem. Ut bene probat *Ferrard. loco a vi subrogat. n. 22*. At natura primæva horum votorum est, ut substantur Episcopi dispensationi, nisi superveniret accidentaria Pontifici reservatio (ut n. 3. diximus) Nec obstat 2. ratio. Quia vinculum voti durans non erat per se reservatum, sed ratione prioris materie, quare ea ablata cessat reservatio. Nec obstat etiam 3. ratio. Quod Papa non imponeret eam penam suapte ingenio, quasi non voto vinculo voluerit ad eam restringere: sed in voventis gratiam idem voti vinculum translaturum in aliam materiam. Quare materia illa loco prioris subrogata, nullam vim novam reservatæ fortitudo ex auctoritate Pontificis illam imponens. Et ideo pro hac sent. sunt *Gloss. cap. Tempora, verb. Tuo iudicio 26. q. 7. & cap. Accedens, verb. In tua, d. 50. Specul. t. de dispens. §. Nunc de Episcoporum, n. 21. Jalon 1. n. 6. C. de precibus imperatori offerendis, & l. Omnes populi, n. 13. ff. de iust. & iure, Felin. cap. Accusasti, in fine de accus. & cap. de i. p. clerici, §. De adulterio in ff. de iudic. Hippol. singul. 182. n. 2. Docent Episcopum posse ex causa iusta diminuire pœnitentiam a Pontifice impostam: per l. Si hominem 30. ff. mandati, ubi deciditur posse ex iusta causa procuratorem mandati domini contravenire. Et in propriis terminis tenent *Lud. Roman. sing. 464. Sylv. verb. Votum 4. q. 7. §. & alios referens Menochius qu. illud ibi, l. 1. cap. 25. n. 25. Enrig. 1. 7. de indulg. cap. 30. n. 5. vers. 4. Emm. Sa sum. verb. Votum n. ubi Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. paulo ante solut. ad 1. Manuel 2. tom. sum. c. 96. ad fi. Sed merito dubitatis, an si est cui Pontifex votum castitatis commutavit in confessionem mentium, nec commutationem implevit: sed nulli transierit abique confessione mentes, tenetur ad prius castitatis aut religionis votum, & sic impedimentum habeat ad matrim. Quibusdam videtur eum teneri, quando culpa sua commutationem non implevit, vel non habuit animum implendi tempore quo commutatum est. Ducuntur, quod prius voti vinculum non omnino extinguitur, sed in aliam materiam translaturum, siatque ea translatio instar contractus conditionalis: factio, dummodo facias. Quippe commutatur una materia in aliam, vel tacta conditione, si executioni mandetur materia loco prioris sufficiens. Sic docet *Manuel addit. ad bullam §. 9. n. 117. 118*. Atque pro se allegat doctrinam *Soti l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. in sol. ad 3. §. 1. vers. Quid si quam etiam sequitur Arag. 2. 2. q. 88. art. 3. in sol. ad 2. in fine. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 79. Graviss. 1. p. dec. l. 2. c. 30. n. 3. ubi omnes hi afferunt eum, qui simplex religionis votum emittit in seculo, & id implevit profertendo in religione, si culpa sua jam professus expellatur, nec correptione admittatur, teneri ratione prioris voti aliam religionem ingredi. Cum tamen consistet omnia vota simplicia commutari in religionis professionem, cap. Scripturæ, de voto. Ergo commutatio voti tacitam claudic conditionem, si materia, in quam fit, impleatur. Intuper probari potest, quia licet aliquibus videatur, et cui votum est commutatum, ac commutationem ratam habuit, non liberum esse ad prius votum redire, & ea materia commutationi relicta, sed eum teneri hanc exequi. Quia per commutationem est votum omnino extinguitur circa priorem materiam. At alius notericus doctus, quos sequitur *Azor. leg. 11. inf. mor. cap. 18. qu. 10. placet*, posse illum propria auctoritate ad prius votum redire. Ergo votum circa priorem materiam non extinguitur, sed sub conditione est commutatum. Verum existimo hunc qui ratam habuit commutationem voti, quamvis culpa sua omiserit materiam in quam commutatum est, nullatenus teneri ad priorem voti materiam, ut castitatem vel religionem. Ducor, quod per commutationem fit votum profus extinguitur circa priorem materiam: & obligatio ejus voti fit profus translata in materiam subrogatam. Ut fateatur omnes cum *Cajet. 2. 2. q. 88. art. 10. notab. 2*. Nec jure probetur eam commutationem sub conditione fieri: nec quando commutatur votum, ea conditio apponitur. Si enim apponeretur, aut tacite inesset, nil referret, five cupite five inculpate non mandaretur executioni materia, in quam votum est commutatum: utroque enim casu voti obligatio revivisceret. Et ita hanc partem tenet *Vivald. cand. Sacram. 3. p. cap. 14. n. 27. quamvis n. 28. contrarium dicat*, quando commutatio fit a jure. Ut contingit in omnibus votis simplicibus, quæ jure commutantur in religionis professionem. Sed nec hoc approbo. Quia cap. Scripturæ, de voto, nulla talis conditio apponitur in hac commutatione. Quare doctrina Soti & aliorum proxime allegata, & dicentium teneri professum culpa sua ejectum implere votum religionis in seculo emissum ingrediendo aliam religionem, profus imhi displicet. Et ideo merito idem Autores dixere contrarium esse probabile, & mihi esse certe certum. Quia vota omnia profus extinguuntur per professionem. Nec contra nostram sententiam facit quod in favore contrarie adduximus, nem.***

pe, posse voventem omnia commutatione acceptata redire libere ad prius votum. Quod valde mihi placet. Nam ratio hujus est, (ut optime docet *Azor. proxime allegatus*) quia commutatio voti heri videtur tacita conditione, ut liberum sit voventi materiam subrogatam exequi, aut priorem, in cuius locum alia materia subrogata est. Quod si dicas, ad libitum quoque statui hanc conditionem: cum nullo jure probetur. Respondeo optima ratio niti. Quia tota commutatio fit in favorem & gratiam voventis, ut ipsius utilitati propicietur. Ratio ergo ipsa hujus favoris petit commutationem sub ea conditione intelligi, ut integrum postea voventi fit utramvis materiam eligere. Quæ ratio minime probat commutationem quoque fieri cum tacita conditione, ut culpate omittens materiam subrogatam, tenetur ad priorem. Id enim non cedit in voventis favorem, sed est onus. Aliam etiam rationem reddidit *idem Azor. ibi*: quod commutatio voti fiat inæquale, cum ergo voti materia prior sit æqualis materie subrogatæ, licet voventi ad priorem redire. Quia votum in æquale commutare potest quisvis propria auctoritate. Sed hæc ratio displicet. Nam ut votum propria auctoritate possit in rem æqualem commutari, est necessaria evidens æqualitas. Quis non desiderat, quoties per privilegium aut potestatem ordinariam prelatus fit commutatio. Adde si huic rationi innitatur hæc sententia, non fore licitum voventi redire ad prius votum, quando commutatio facta est in melius. Cujus contrarium est verum, indeque probat ratio prius allata. Quare concludendum est votum in aliam materiam commutari absolute, ad eum effectum, ut semel commutationem acceptans in nullo profus eventu tenetur ad priorem: ad sub conditione, ad eam effectum, ut qualescumque fit materia subrogata, liberum sit semper voventi, ad priorem redire. Quod si commutationem hæc acceptavit, non intendens ad illam obligari, non manet votum commutatum, ac proinde illud non obligat. Cum tamen ex parte commutantis fuerit omnino valida commutatio, satis est ut illa possit vovens ita, si quodcumque interne commutationem acceptet. (Sicut de fide professo diximus lib. 2. disp. 32. n. 14) Si autem vere acceptavit commutationem, sed non intendens eam implere voluit quidem, & tenetur animum illum iniquum mutare illamque complere. Sicut afferunt DD. de eo qui amio promittendi, sed non implendi, vovit. Quod si petas, an sicut est liberum ad prius votum redire, ita ubi semel rediit, possit iterum materiam subrogatam eligere, dicemus disp. 32. n. 3.

II. Conclusio. Hæc votorum reservatio non ita amare ac 22 stricte accipienda est, quin liceat Episcopo dispensare in his votis castitatis perpetuæ, ac religionis, quando magnum incontinentiæ periculum imminet, nec facilis adus Pontificem patet, præ paupertate, vel alia causa. Quia jure optimo, credi potest, non esse mentem Pontificis velle in tali casu reservare libi hæc vota: neque est verisimile velle eum, ut anima laqueis irretita in tanto periculo versetur. Idem probatur ex doctrina *Abbatis cap. p. n. 8. de Eccles. ad iur. fund. Et Cavd. l. m. i. n. 27. q. 29. de rebus Eccl. non alien. Felin. cap. Cum accessisset n. 22. de consil. Greg. Lopez l. 2. r. 14. gl. 1. sine*, ubi dicunt in summa alienandi necessitate, quæ eam celeritatem requirit, ut superior consuli nequeat, posse fieri alienationem sine ejus licentia, etiam si iuramentum interverit non alienandi sine ejus licentia. Præterea, quia licet regulariter nequeat Episc. in lege Pontificis aut concilii dispensare, potest tamen in casu urgentis necessitatis, quando ad Pontif. non patet aditus (ut probavi lib. 2. disp. 40. num. 3) Et ideo hanc partem tenent *Sylv. verb. Votum 4. quest. 4. Nav. sum. cap. 12. nu. 79. Palacios 4. d. 38. disp. 2. col. 9. vers. Et quidem Episcopus, Enrig. l. 6. de par. cap. 14. num. 7. in comment. lit. P. l. 7. de indulg. cap. 30. num. 6. comment. lit. B. Emman. Sa sum. verb. Votum, ubi de voti irritat. num. 11. Valentia 2. 2. disp. 6. quest. 5. punct. 7. col. 10. vers. Ex quo sequitur Arag. 2. 2. quest. 88. art. 12. col. 8. vers. Si quis autem quærat. Manuel 2. tom. sum. c. 100. num. 3. concl. 3. ad fi. & q. regul. 1. tom. q. 63. art. 6. Lud. Lop. 1. p. instr. cap. 49. col. 2. vers. Licet Episc. Graviss. 1. p. dec. l. 2. cap. 31. num. 20. Ant. Gom. in bulla Cruciate clausula 10. num. 108. Et idem sententiæ multi alii DD. quos num. 14. allegabo, dicentes generaliter eo incontinentiæ periculum posse Episcopum dispensare. Atque idem dicendum est, quando est Pontifex adiri possit, at ex mora adendum grave incontinentiæ periculum imminet, ut docent bene *Sylv. & Enriguez utroque loco proxime allegati*. Atque idem aperte sententiæ ceteri Doctores relati: tunc enim vere dici potest non esse facilem, & commodum recursum ad Pontificem: eo quod ex mora grave innocentie periculum confurgat. Quare non est audiendus *Manuel in bulla Cruciate, §. 9. dub. 1. quod movet circa votum castitatis n. 118. dicens non posse Episcopum in his eventibus dispensare*. Nec *Lud. Lopez 2. par. instr. ubi de clavibus, cap. 9. col. penult.* dicens in solis remotissimis Indiæ partibus hoc licere Episcopo. Imo hoc eadem ratione dicendum est idem, quamvis non imminet periculum incontinentiæ ex mora: si aliud quodcumque grave periculum imminet: ut gravis scandalus, vel magni damni tertio persone: Quia ratione his diebus consultus de hac re tenor posse Episcopum dispensare cum juvene, qui voto religionis astrictus virginem deflorarat, ac gravidam effecerat, volebatque ejus*

fama consolare eam ducens, eratque periculum in mora. Quia si dispensatio Pontificia expectaretur, impediretur mar-

23. Atque eadem doctrina extendi debet ad cetera vota reservata: quamvis non ita frequenter hanc necessitas in illis contingat. Si enim votens iustam causam secum dispensandi habeat, nec possit adire nec mittere Romam: vel careat scriptis necessariis ad dispensationem impetrandam, potest Episcopus dispensare. Quod tenent viri doctissimi neoterici: & faveat Palacios in p[re]f. ad leg. dicens in omnibus votis Papae reservatis, posse Episcopum dispensare: si impotentia adeundi preffertur.

24. Ex hac doctrina colligitur qualiter doctorum sententia vera sit circa intellectum c. Veniens, qui clericus vel vot. qui censent posse Episcopum per litteras textum dispensare in voto castitatis esse perturbacione animi emisso, quando votens est juvenis vel suspectus, & hoc ob majus incontinentie periculum vitandum. Ducuntur quod in eo textu permittitur dispensatio in hoc eventu. Ac prout potest Episc. juxta regulam traditam disp. n. 1. Ita d. cont. Spec. r. de disp[en]s. §. Nunc de Episc. v[er]b. 13. Abbas ec. Veniens, in h. c. ibi Alex. de Nov. n. 11. Card. sine. Præp. n. 7. c. Rursum, cod. t. n. 6. Majoris 4. d. 33. q. 2. in sol. ad 2. contra concil. Angelus v[er]b. matrimonium 3. imp. d. 5. n. 3. c. v[er]b. Votum 4. n. 9. Armilla v[er]b. Dispensare n. 17. Gamba de auctoritate legati, l. 10. n. 480. c. 10. Et ut probabile affirmat sub dispensacione, Palud. 4. d. 38. q. 4. n. 4. concil. 5. n. 45. Et videtur tenere Azor l. 11. in fin. moral. c. 19. q. 11. ait enim in eo c. Veniens, dispensare Episcopum ex commissione Pontificis in voto continentie, vel quia femina juvenis erat, ac incontinentie periculum patiebatur. Hæc tamen doctrina ita universaliter tradita, non est vera, nec colligitur ex eo textu. Quippe in illo non dispensavit Episcopus propria auctoritate, sed ex Papæ commissione, ut ipse Papa. Ut bene docent ibi Hoff. sine, Jo. And. n. 5. An. n. 9. An. n. 3. Sisto. Votum, 4. q. 4. Gutier. q. can. 12. c. 12. n. 49. Quare intelligenda hæc doctrina ut verum habeat, quando est periculum incontinentie ex mora adeundi Pontificis, juxta dicta n. 32.

25. Temperant quidam tradita n. 22 & 23, ut tunc in eo eventu liceat Episcopo dispensare, quando non est recurus ad Nuntium. Sic Avog. alleg. n. 22. Manuel 2. l. sum. c. 100. n. 3. ad ff. Sed hæc limitatio caret fundamento. Quod Nuntius quamvis legatus a latere sit, tantum potest circa dispensationes in tota sua provincia, quæ potest Episcopus & alii Ordinarii in sua diocesi (ut docent Special. de disp[en]s. c. Consequenter aliqua in p[re]f. Abb. c. h. n. 5. de translat. c. c. Dif. 30, n. 5. de præb. Rebuff. prag. beneh. tit. de unionibus, n. 24. Mandos. regul. 17. cancell. q. 7. n. 5. Cov. 4. de p[re]t. 2. p. c. 6. §. 10. n. 11. Enriquez l. 12. de matr. c. 3. in i.) Cum ergo majori potestate non gaudeat, quam Episcopus: parum refert possit adiri Nuntius, necne. Fateor tamen, si Nuntius, vel quivis alius, haberet ex privilegio Pontificio potestatem dispensandi in his votis, & commode aliquæ prædicto periculo adiri posset, nullatenus posse Episcopum dispensare: ut contra aliquos late probavi l. 2. disp. 40. n. 8.

26. Hæc autem dispensatio Episcopi tantum deservit illi usui, ad quem necessitas cogit. Non ergo potest dispensare, ut votens eo mar. soluto, ad aliud transeat contra votum religionis, aut castitatis: nisi tunc eadem necessitas occurreret: tunc enim posset iterum dispensare. Nec similiter prodesse ea dispensatio ad vitandum sacrilegium, quod fornicando committeret contra votum castitatis. Quia cum sola necessitas dispensandi facultatem tribuat, in tantum extenditur facultas, in quantum necessitas urget. Quæ solum urget ad tunc in eundem matrimonium.

27. Sed dubitabis, an quando hæc vota non reservantur Pontifici, ut si sit votum non mitteri, aut temporale castitatis, possint parochi in eis dispensare? Manuel qu. regul. 2. l. q. 46. art. 9. generaliter tradit occurrente necessitate, quando commode Episcopus nequit adiri, posse parochum dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi non ex iure ordinario ac communi, sed ex præsumpta Pontificis voluntate. Ducitur, quia dispensatio in voto est in partem dispensationis in lege, auctore D. Th. 2. 2. q. 88. a. 10. quem omnes sequuntur. Ac parochus potest in lege jejunii dispensare, quando non est facilis aditus ad Episcopum. Ut docent Hoff. rub. de observat. §. Jus. n. 3. c. ibi Henricus n. 9. Ant. cap. Constitum, n. 11. cod. in Palud. 4. d. 15. qu. 4. art. 1. n. 12. D. Antonin. 2. part. tit. 6. cap. 2. §. 6. v[er]b. 6. Cate. §. sum. v[er]b. Jejunium cap. 3. ad ff. c. ibi Ar. dill. n. 6. Nat. sum. cap. 21. n. 21. Angliæ florib. l. p. ubi de jejunio. quæst. 5. dist. 4. sine, Emin. Sa sum. v[er]b. Jejunium num. 9. Vega l. tom. sum. cap. 14. casu 36. Manuel l. tom. sum. 2. ed. cap. 24. concl. 1. nu. 3. Lud. Lopez 2. part. instrum. ubi de jejun. cap. 109. col. 2. v[er]b. Tertio dicitur. Imo nulla existente necessitate, eo quod ad Episcopum potest contingi, ut dispenset posse parochum dispensare, videtur tenere Innoc. cap. 1. n. 2. de observ. §. Jus. Joan. And. rub. de obser. jejun. n. 3. c. ibi Anchar. n. 3. Anton. n. 4. c. ibi Cardin. qu. 6. ubi dicitur forte posse sacerdotem proprium dispensare in jejunio. Videtur etiam tenere Durand. 4. d. 15. q. 10. num. 6. c. ibi D. Th. qu. 3. art. 2. quæst. iunc. 4. ad 3. Ricard. art. 4. quæst. 4. ubi omnes hi dicunt posse operarios ex proprii sa-

cerdotis dispensatione jejunium solvere. Et adhuc clarior vi- deatur tenere Cafet. 2. 2. q. 147. art. 4. dub. 1. Medina leg. 1. sum. cap. 14. §. 10. ad ff. Vronid. cand. sac. 3. part. cap. 13. num. 57. Valen. 4. part. disp. 9. qu. 2. p[un]ct. 5. v[er]b. penali: ubi indistin- ctè apud dispensationem hanc pertinere ad Episcopos vel parochos. Videtur etiam tenere, Rosella v[er]b. Jejunium n. 26. ubi ait petendum esse hanc dispensationem ad Episcopum, si haberi potest; vel saltem a proprio Sacerdote. Et expresse posse parochum, etiam si sit recurus ad Episcopum, tenere Sisto. v[er]b. Jejunium, quæst. 7. d. 4. Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 18. v[er]b. Præsentè igitur. Azor. l. 7. instr. moral. cap. 29. qu. 3. & ratio est, quia etiam jure parochus hanc potestatem non habet. At cum consuetudo det jurisdictionem, cap. Cum contingat de foro comper. cum multis textibus, quos congerit ibi Gloss. v[er]b. de consuetudine, hoc possunt ex consuetudine, quæ id ita recipit ut parochi dispensent præsentè Episcopo. Non enim circa hoc Episcopus, sed solus parochus adiri solet. Quod idem verissimum reputo. Idemque ajunt, & bene Sisto. c. Palac. circa dispensationem in esu carnis. Imo hoc extendunt Rosella & Palacios ad Consecrarium; addit Palacios, si electus sit per bullam, quando ad Parochum non est recurus. Quod is Consecrarius vicem ejus gerat. Sed merito Azor. d. cap. 29. q. 4. id posse Consecrarium negat. Quod ea auctoritas dispensandi in jejunio non probetur consuetudine: & non sit sola declaratio, sed vera legis relaxatio. Quamvis autem placet hoc posse parochum, contra Angel. v[er]b. Jejunium, n. 20. Gabr. 3. disp. 10. qu. 3. art. 1. notab. 5. sine, dicentes non posse. At posse cum in votis dispensare occurrenti necessitate, nec patenti ad Episcopum aditu, nullatenus approbo. Quod videam omnes DD. in tractatu de voto asserere nullam, qui jurisdictione quasi Episcopali præditus non sit, posse in votis dispensare, nisi ex privilegio vel consuetudine id jus habeat. At nulla consuetudine receptum est, ut id possint parochi, imo oppositum consuetudo generalis habet, ut testatur Hoff. cap. 1. n. 2. de voto. Nec rectè ducitur argumentum ex potestate dispensandi consuetudine acquisita in lege jejunii, ad potestatem dispensandi in votis. Nam consuetudo hæc ut juri derogans, adeo restringenda est, ut jure optimo Palud. 4. d. 38. q. 4. art. 4. concl. 6. n. 44. dicat Archidiaconum, qui jure non habet potestatem dispensandi, sed consuetudine, nisi amplius possit, quam id quod usus obtinuit: unde si consuetudo habeat, ut possit dispensandi potestatem habere in votis peregrinationis, non ob hoc possit dispensare in votis abstinencie. Et cum lex de jejunii observantia similior sit legi de festorum observantia: quam præcepto de votis observandis: Soto lib. 2. de just. qu. 3. art. 4. in solut. ad 3. v[er]b. Sex ergo capit. in fine, c. Emin. Sa in sum. v[er]b. Festum n. 6. non auri sunt absolute affirmare posse parochum in festorum observantia dispensare, sed cum hac restrictione, ubi id consuetudo obtinuit. Et tandem non posse parochum in votis dispensare, ait Soto l. 7. de just. q. 4. art. 3. col. 5. v[er]b. Abbas item.

Tandem dubitatur, an peccet si facultatem dispensandi ac 28 commutandi habens dispenset omnino, nulla commutatione admixta? Affirmant Soto l. 7. de just. q. 4. art. 3. col. 8. v[er]b. Hinc ergo fidelis, c. Man. 2. l. sum. c. 100. n. 4. ad ff. & idem quoque affirmant de petente. Quod infidelis dispensator sit, qui cum minori domini jactura potens aliquid efficere, ejus rationem non habens, cum majori faciat. Ad dicendum est, utrumque culpa vacare, si causa iusta dispensationis adit. Quod receptissimum Ecclesiæ usus approbat: cum sapientissime dispensatione utantur prelati. Nec infidelis esse illi dispensator, si causa iusta adesset ad faciendum cum majori domini jactura, si dominus utramque potestatem committeret, & vellet eum utraque uti,

DISPUTATIO X.

An quando vota castitatis, ac Religionis sunt penalia, aut conditionalia, integrum sit Episcopo dispensare?

SUMMARIUM.

Quæstio agitur. Et explicatur quid sit votum penale, num. 1. An sit penale, an conditionale, sub hac forma emissum, Voveo religionem, si lusero? Refertur varie sent. 2. Explicatur sent. Auditoris: c. An sit penale, si pater voveat religionem, si filius luserit: c. In dubio an sit censendum votum penale, an conditionale? 3. Quid sit votum mere conditionale: c. An tale sit, si pater meus obierit, ingrediatur religionem, 4. An sit vere conditionale, si a morbo vel periculo liber evasero, ingrediatur religionem: c. Quid in dubio de votentis animo? 5. An in voto vere penali castitatis, c. Religionis possit Episcopus dispensare? Refertur duplex sententia, n. 6. c. 7. Proponitur sententia Auditoris, 8. An possit Episcopus dispensare in his absolute emissis quando votens ea eligi in penam peccati admitti, vel ad vitandam infamiam? 9. Satisfit argumentis, 10. An in voto conditionali possit Episcopus. Refertur duplex opinio, n. 11. 12. Proponitur sententia Auditoris, 13.

Quid

Quid si conditio sit de præterito, aut presenti, aut tacite inserta, 14. Satisfit argumentis, 15.

1. Hæc in re diversimode loquuntur auctores de voto conditionali penali, & de voto mere conditionali. Quare duplex agitur questio. Prior de voto mere penali, posterior vero de mere conditionali. Præmittenda autem est uniusque voti definitio. Penale est quoties votens minime affectus est ad rem sub pena in voto promissam, sed illam sibi in penam proponit, ut ejus incurrendæ timore arceatur a crimine, quod vitare cupit, ut si quis se non lusurum promittat sub pena ingressus in religionem, aut castitatis servandæ: in quo voto ejus animus directe fertur ad vitandum ludum, & solum in penam ludi admitti vovet religionem aut castitatem. Et quando sub hac forma emittitur votum, fatentur omnes id esse penale.

2. Controuertitur autem an tale sit, an potius vere mere conditionale, quando votum est de sola pena, & crimen ponitur quasi sub conditione, ut si lusero, ingrediatur religionem: vel voveo castitatem, si lusero. In quo eventu constat votum esse solius castitatis aut religionis, atque ita voventem hunc non esse ream vovendi, sed tantum teneri ad religionem vel castitatem. Discordant autem Doctores, an id votum sit penale, an mere conditionale? Quibusdam placet esse mere conditionale. Quod ceterorum votorum conditionalium formam habeat, ac suspendatur obligatio penæ in eventum ludi sub conditione positi. Sic Navar. sum. Latina, cap. 12. n. 43. Hispana, cap. 28. addit. ad num. 42. cap. 12. Azor. lib. 11. instr. moral. cap. 19. q. 13. Aliis placet votum esse conditionaliter penale. Quod in animo votens, non eligatur res illa sub pena promissa, quasi volita, & materia suæ intentionis directa, sed quasi odiosa sibi, & pena, ut a crimine, quod cavere desiderat, se contineat. Quod voti penalis proprium esse diximus num. præced. Sic tradunt Soto l. 7. de just. q. 2. art. 1. in solut. ad 4. d. 38. qu. unic. propos. 29. Gutierrez qu. canon. 12. cap. 21. n. 52. c. n. ult. Toledo l. 4. sum. cap. 18. num. 9. v[er]b. Penale est. Manuel 2. tom. sum. cap. 97. concl. 2. nu. 2. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 10. Ant. Gomez in bulla Cruciatæ, clausula 10. nu. 99. Llamas in metodo curationis 4. p. cap. 4. §. 40.

3. Sed alii utramque sent. se conciliant. Si animus votentis non sit ad religionem castitatemve affectus: sed quod peccatum in conditione positum evitet, proponit sibi in penam, castitatem, vel religionem, eam, promittens, si id crimen admitteret, est vere penale: ut tenet posterior sent. n. præc. relata. Si vero ex affectu castitatis aut religionis hæc promittat casu quo luserit, quasi scilicet hæc eligat non tanquam odiosa, sed hæc sibi grata, ut in eo statu vitam quietam traducat abstinentia a ludo, penitentiamque agat ludi, est vere conditionale: ut ait prior sent. n. præc. relata. Quia in hoc eventu, nec quoad formam vovendi, nec quoad votentis animum eligitur religio tanquam odiosa, & pena. Sic Cordub. sum. q. 152. Valen. 2. 2. disp. 6. qu. 6. p[un]ct. 7. col. 10. v[er]b. Item possunt. Manuel in expost. Cruciatæ §. 9. n. 124. c. 125. Lud. Lop. l. p. instr. cap. 44. col. 2. v. Si autem sub forma. Et satis mihi placet hæc concordia: quoniam existimem rarissime vota hæc posteriori modo emitti: & ita existimare fere semper esse penalia: atque in dubio de votentis animo esse ralia judicanda. Atque simili dissolutione utendum est, si pater voveat religionem; si filius luserit: ut bene ajunt Cordub. Lud. Lop. Manuel ibi Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 114. Quamvis crederem in dubio esse votum penale, proponente sibi patre eam penam, ut filius a ludo arceatur.

4. Votum vero conditionale sic definitur a quibusdam, Quoties votens desiderat v. g. religionem aut castitatem, at qua aliquo impedimento prævidetur, ne possit fatiorem propositum exequi promittit hæc cessante eo, ut impedimento quasi positum sub conditione, se cessaverit. Et adhibent hujus rei exemplum, ut si quis quippiam promittat religionem, si pater suus obierit, vel si facultates suppeterint, ut in religionem admittatur. Sic Soto & Gutier. nu. præc. allegati. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 99. Atque alii quamvis hæc conditionalis voti definitionem non statuunt, numerant tamen hoc inter vota conditionalia, si pater meus obierit, ingrediatur religionem. Ita Aragon. 2. 2. qu. 88. art. 12. col. 8. v. Si quis autem querat. Manuel add. ad bullam Cruciatam §. 9. n. 116. At hæc definitio minime placet. Nam si quis impeditus nunc, proponat alibi uno anno se ingrediatur religionem, idque voveat, est votum absolutum. Ad huic æquivalet, si promittat se ingrediatur, si pater obierit, vel si facultates suppeterint: Nam particula illa, Si, æquivalet, Quando: atque ita potius est determinatio temporis, quo votum exsequendum est. Nec me lateat diem incertum, ut mortis patris æquivalere conditioni in testamentis, ut expresse habetur l. 1. c. l. Dies incertus, ff. de cond. c. demonstr. quoad effectum non transmittit hereditatem, vel legatum in hæredem. At quoad vota dies ille incertus non facit veram conditionem, utpatet quæ ex affectu votentis ad rem promissam diducenda sunt. Quare sic distinguendum cenleo. Quando particula conditionalis, Si, æquivalet in animo votentis particula, Quando, ut sensus sit, quando hoc evenierit, tunc non est vere conditio, sed potius est temporis voti implendi determinatio, solamque conditionis effigiem habet. Et hic est Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

communiter voti sensus, in quo ob impedimentum præfens differt vovens executionem in tempus, quo impedimentum cessabit. Et constat, quia revera animus votentis tunc affectus omnino est erga religionem, & habet consensum perfectum illum ingrediendi, nec voluntas in aliud fertur, & totam illius animi executionem differt in tempus cessantis impedimenti, ut quando differt in annum. Quod est contra naturam veræ conditionis, quæ perfectionem consensum suspendit. Atque si imperfectus est, pendens ex futuro conditionis eventu, cap. un. fi. de spon. in 6. Quare Soto 4. d. 29. q. 2. art. 1. post 2. concl. v[er]b. Hinc colligitur c. Bart. de Led. de matr. dub. 25. concl. 1. fin. optime dicunt in his verbis, Contraham tecum, si pater meus moriatur, eam conditionem non videri adjectam instar conditionis, sed temporis præfinitionis, & sensum esse; Quando pater meus obierit. Et Alberic. in suo diction. lit. S. dicit. Si, v[er]b. Si non semper, in fine, probat dictionem, Si, aliquando accipi, pro Quando, nec facere conditionem. Quod si dicas, in eo voto, si pater meus obierit, promitto religionem, includi virtute verborum conditionem, si patri supervixerit, ac proinde esse vere conditionalem. Respondere eam conditionem tacite inesse, ac proinde non reddere actum conditionalem. Similiter enim inest, dum cras promittit quis se ingrediatur religionem. Cum tamen consistat esse votum absolutum. Quem autem sensum debeat efficere particula, Si, ut sit vera conditio, & reddat votum vere conditionale, si petas: dico eum esse, quando affectus non fertur directe in rem promissam, sed in aliud, quod optat consequi, aut vitare, quod ponitur in conditione. Quod magis constat ex dicendis nu. seq. & idem contingit, quoties dicitur, Si, retinet suam naturam, quæ est consensum suspendere.

Hinc fit, hujusmodi vota, dum quis morbo pressus, aut in alio periculo constitutus, promittit religionem, si incolumis evaserit, esse vere conditionalia, quando animus votentis fuit, quasi inire contractum innotuit cum Deo, faciam ut facias, id est, si hoc mihi concesseris, ingrediatur religionem. Quia voluntas non fertur directe in religionem, sed in consecutionem incolumitatis, ac ad obtinendam hanc offertur Deo, penderet obligatio hæc a futuro eventu. Quod si obijcias eam conditionem tacite inesse: nam nequit aliter quæ religionem ingredi. Dic non inesse tacite eo modo, quo apponitur, nempe, pro modum pacti cum Deo iniri: sed in eo solo sensu, si vivero. At tacita conditio apposita alio modo quam inesse, reddit adum vere conditionalem (ut probavi lib. 5. disp. 1. n. 7.) Si autem animus votentis affectus sit omnino ad religionem, ac defectus salutis impedit, aut naufragium imminens: voveatque religionem si a morbo vel naufragio liberetur, votum est absolutum in re. Quia sensus est, quando sanus vel incolumis evaserit. Non enim intendit animus votentis ad salutem vel incolumitatem præcipue & directe, sed ad religionem: illaque sub conditione ponit, quatenus impedimenta sibi sunt ad finem optatum assequendum, quasi dicat, cessante hoc impedimento, ingrediatur. Sicut quando promittit, si pater obierit. At hujusmodi vota, si sanavero, si incolumis evaserit, voveo hoc, fere semper in priori sensu emittuntur, & sunt conditionalia, at ubi non constat aperte de animo alio votentis, judicanda sunt ex communiter accidentibus vere conditionalia.

His ergo præmissis, questio prior est. An possit Episcopus dispensare in votis penalibus castitatis & religionis, & ceteris reservatis? Quæ in re est triplex sententia. Prima sustinet, nec ante, nec post incusam obligationem ad penam, & sic nondum impleta conditione, aut jam impleta, nequire Episcopum dispensare. Ducitur, quod ante incusam penam nondum est castitatis votum, aut religionis: At dispensatio verari non potest circa id, quod nondum est. Quod si dicas dispensare posse ne violato voto abstinenti ad hoc, quod si dicas dispensare posse penæ promissæ, nempe, religionis aut castitatis: obstat quod idem sit, rem tempore inhabili effici, aut effectum ad tempus inhabile referri l. in tempus, ff. de hered. institut. Et probavi lib. 6. disp. 1. num. 6. Ad post incusam penam nequit Episcopus dispensare [ut num. seq. probavimus.] Ergo nec ante 2. quia si quis in penam ac supplicium vitii se admitti promittat religionem, est re vera votum penale, nec tanquam sibi gratam, sed potius exolam, ac vitii supplicium illam eligit. Et tamen nequit Episcopus in eo dispensare? Et idem quando quippiam, quod præbendam, cui se oppulerat, amiserit pro indignatione ac desperatione, nec vitam ingominiosam ducat, voveat religionem. Cum tamen id votum non procedat ex religionis affectu. Et consir, quia quando quis non promittit se crimen vitaturum, sed unicuique est votum penæ, casu quo crimen committat, ut si lusero, promitto religionem, directe fertur voluntas in religionem promissam. Ergo tunc non potest Episcopus dispensare. Hujus sent. sunt aliqui, quos tacito nomine referat Riblar. de offic. sacerdot. t. 1. part. 2. l. 3. cap. 22. v[er]b. pen. Et eam censet ipse æque probabilem, ac duas statim referendas.

II. sent. sustinet, posse Episcopum dispensare, nondum incurram penam: atque ita conditione non impleta secus post incurram penam, & sic conditione impleta. Priorem partem probat, quia ante penam contractam non est vere votum religionis, aut castitatis, sed abstinenti ad eo vitio, in cuius admisionem penam, quasi accessorie, promittitur religio aut castitas. Quod si dicas quando sola pena promittitur, ut si lusero, voveo religionem, C 3